



## LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJŰSÁG SZÁMÁRA

Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

### „Praesidium et dulce decus“ nostrum:

*Albertus e comitibus Apponyi*, ut iam saepissime, nuper rursum in aciem pro aeterno patriae iure prodiit.<sup>1</sup> Magnus est vir: quasi vires et virtutes gentis solus omnes complectatur.<sup>2</sup> Grandaeus, octoginta trium annorum, nusquam non apparet, ubi causa patriae iniuriis laesae<sup>3</sup> defendenda est.

*Berolini*, dum fides<sup>4</sup> pacis veras atque aeternas quaerit, honorem et reverentiam sibi comparat, sed splendoris repercussus<sup>5</sup> reddit patriae; *Romae* gloriam Coronae Sanctae regni Hungariae splendidissimam ostendit et animos admiratione vocis suae suavissimae imbuat;<sup>6</sup> integritate idearum<sup>7</sup> vincit mentes. *Genavae* oratione animos quatit; *Turici*<sup>8</sup> persuadet animis<sup>9</sup> de veritate nostra aeterna!

Nuperrime *Lutetiae Parisiorum*<sup>10</sup> certavit magnum certamen. Statum nostrum,<sup>11</sup> qui erat per mille annos inter gentes,<sup>11</sup> notum



reddidit<sup>12</sup> atque demonstravit patriam nostram per multa saecula ut propugnaculum oppositam totius Europae hostibus fuisse, qua de causa Hungariae populorum in Europa iure annumeraretur.<sup>13</sup>

Sententiae, quas professus est, quantum amplitudinis atque gravitatis complectuntur:

— Agnoscendum est cuique prudenti: Nullam pacem veram et sinceram fore, nisi gentes in statu suo acquieverint<sup>14</sup>...

— Persuasum habeo statum Hungariae hodiernum permanere non posse...

— Haud mirandum est, si nationes res suas corrigere assidue contendant...

Quam veritatem prudentiore ingenio, auctoritate ac gravitate nemo est, qui profiteri<sup>15</sup> melius potuerit!

<sup>1</sup> síkra száll <sup>2</sup> magába foglal  
<sup>3</sup> jogtalanul megbántott <sup>4</sup> biztosíték  
<sup>5</sup> visszfény <sup>6</sup> eltölt <sup>7</sup> eszméinek tisztaságával <sup>8</sup> Zürich <sup>9</sup> meggyőzi a lelkeket <sup>10</sup> Páris <sup>11</sup> nemzetközi helyzetünket <sup>12</sup> ismertet <sup>13</sup> beszámít <sup>14</sup> megnyugszik <sup>15</sup> kimond.

## De statua.

(Ad fabulam *Margaritae e comitibus Bethlen.*)

Tempore, quo in coelis non Deus unus, sed multi regnabant et civitates hominum urbes tantum parvulae erant, vixit in quadam urbe vir.

Urbs omnium, quas vir circa se vidit, pulcherrima et opulentissima erat, itaque hanc habuit ille carissimam, neque unquam alium praeter hunc amorem habebat.

Urbi dabat vir totam iuventutem et summam virilitatem,<sup>1</sup> ei omnem altitudinem<sup>2</sup> vimque ingenii.<sup>3</sup> Et, quia ingenium opulens et magnum erat: etiam urbs, quam ille dilexit, magna et opulenta evasit.

Incolae urbis ingenio viri fruente,<sup>3</sup> statuam ei adhuc vivo posuerunt: magnam atque altam, sicut etiam vir validior erat, quam ceteri cives. Statua ante portam stans «*Custos Urbis*» appellata est.

Temporibus autem perfectis vir mortuus est. Anima corpus reliquit, ut ex laboribus in vita longa peractis se reficeret.<sup>4</sup> Dei omnes ex sedibus in unum locum convaluerunt, ut virum pro meritis collegio<sup>5</sup> suo assumerent.<sup>5</sup>

Vir etiam tunc salutem urbis observavit:<sup>6</sup>



## Rex et scurra.<sup>6</sup>

In vivario<sup>1</sup> vicini erant leo et simius.

Rex bestiarum immotus sedebat et in cogitatione defixus<sup>2</sup> vidit altam solitudinem cum rivis et fluviis et dumeta<sup>3</sup> cum virgultis,<sup>4</sup> saxa atque montes, quibus nunc se spoliatum esse sensit.

Contra simius assidue lusitabat.

— Vides — inquit simius — ego ne hic quidem affectionem<sup>5</sup> animi<sup>5</sup> amisi. Circum-

<sup>1</sup> az állatkertben <sup>2</sup> gondolataiba merül <sup>3</sup> cserje  
<sup>4</sup> bozót <sup>5</sup> kedély <sup>6</sup> bohóc.

— Concedite dei, ut anima mea in statuam involet, ibique ut custos urbis, in curanda salute civium perseveret.<sup>7</sup>

Dei oculos in Sortem vertunt, quippe quae dearum potentissima omnia praesciat futura et quā abnuente<sup>8</sup> nihil quidquam permutari possit. Et Sors vocem mittit:

— Fiat voluntas tua! Statuā stante tu quoque vigebis, neque ea ulla vi, nisi tua voluntate concidet.<sup>9</sup> Corruente illā tua quoque anima morietur.

Anima viri in statuam immigravit<sup>10</sup> et vita urbis vita eius erat per plurimos annos.

Et factum est quondam, ut hostes urbem adorirentur. Pavor ac trepidatio<sup>11</sup> totam urbem pervasit.<sup>12</sup> Pugnatum est utrimque fortiter et infestissimo<sup>13</sup> animo. Venit tamen hora, quā urbs vidit se longius defendere non posse.

Ara deis et deabus imponitur<sup>14</sup> ultima. Factis<sup>15</sup> sacrificiis numina rogantur, ecqua spes salutis sit.

<sup>1</sup> férfikora teljét <sup>2</sup> lelke egész erejét <sup>3</sup> lelkének erejéből éltek <sup>4</sup> felüdüljön <sup>5</sup> isteni gyülekezetükbe felvegyék <sup>6</sup> nézte <sup>7</sup> kitart <sup>8</sup> ellentmond <sup>9</sup> omlik össze <sup>10</sup> beköltözik <sup>11</sup> remegés <sup>12</sup> szállta meg <sup>13</sup> elkeseredetten <sup>14</sup> állít <sup>15</sup> az áldozás végeztével.

silio, repto, huc et illuc cursito, denique quasi domi sim, bene valeo...

— Noli oblivisci, — respondet leo —, te etiam domi *scurram*<sup>6</sup> fuisse, at ego in carcere quoque *rex* mansi.

Gyza Soos

disc. cl. VIII. r.-gymnasii.

## Cingarus callidus.

Custodes<sup>1</sup> securitatis<sup>1</sup> publicae<sup>1</sup> cingarum in excubitorium<sup>2</sup> comitantur. Sodalis quidam cingari interrogat eum:

— Quo properas, amice?

— Venatum eo, respondet cingarus.

— Et illi duo quid sibi volunt?

— Hi sunt mei armigeri!

Michael Petrák

disc. cl. VI. gymn. Veszprémiensis,

<sup>1</sup> csendőrök <sup>2</sup> őrszoba,

Vox Sortis sonabat:

— Si quis vestrum adeo urbem diligat, ut pro ea etiam vitam de-  
voveat,<sup>16</sup> urbs non peri-  
bit, sed diutius vivet.

Cives ante aram geni-  
bus nixi vocem muti  
audiebant. Mox concla-  
mabant, quia talem vi-  
rum nunquam se habi-  
tuos sibi persuaserunt.

Et venit nox ultima,  
qua peracta hostes ur-  
bem invasuri erant, ut  
eam diruerent<sup>17</sup> et ever-  
terent.<sup>17</sup>

Extra muros muta stat  
statua: Custos Urbis. Se  
esse solum, qui urbem  
servare possit, haud du-  
bie scit.

Repente ex tenebris  
auditur vox Sortis:

— Urbs peribit, si  
custode caruerit.<sup>18</sup> Cur  
vis tuam profundere sine causa vitam?

Anima viri in statua vigens percellitur.<sup>19</sup>  
Terram despiciens ultimo aspectu urbem  
complectitur. Paulisper tacet, mox submissa  
voce<sup>20</sup> respondet:

— Quo custode carebit urbs, si vivere desierit?  
Nocte peractā venit dies, quo urbi morien-  
dum erat. Populus ex  
urbe egressus extra por-  
tam humi se prostra-  
vit,<sup>21</sup> ore terram pres-  
sit, ne mortem vide-  
ret.

Et iam succedebant  
victorum agmina, prin-  
ceps ipse rex ibat. Cum  
ad portam pervenissent,  
hostes faces accensas<sup>22</sup>  
manibus tenentes, si-  
gnum incendendi ex-  
spectabant. Rex manum  
sustulit...


Ecce facta est quirita-  
tio<sup>23</sup> civium, quasi urbs  
ipsa lamentaretur...  
Eodem vestigio<sup>24</sup> sta-  
tua vi quadam per-  
culsa et in longitudi-  
nem prolapsa<sup>25</sup> corruit<sup>25</sup>  
et regem exercitumque

omnem ruinis<sup>26</sup> suis<sup>26</sup> oppressit.<sup>26</sup>

<sup>16</sup> feláldozza <sup>17</sup> hogy feldulják úgy, hogy kő kövön  
nem marad <sup>18</sup> ha nem lesz öre <sup>19</sup> megrendül <sup>20</sup> fojtott  
hangon <sup>21</sup> veti magát <sup>22</sup> meggyújtott fáklýákat  
<sup>23</sup> feljajdulás <sup>24</sup> ugyane pillanatban <sup>25</sup> elöre omolva  
ledől <sup>26</sup> romjaiba temette.



Extra muros muta stat statua...



**LECTARIUS MINIMIS.**

### Avarus.

Antiquissimis temporibus erat in quodam  
oppido faber<sup>1</sup> lignarius,<sup>1</sup> sollertissimus<sup>2</sup> ac  
diligentissimus, sed parcissimus<sup>3</sup> et avarissimus.  
Is olim ita Deum precatus est:

— Da mihi quattuor manus: sic enim  
diligentius laborare et plus pauperibus lar-  
giri potero.

Optatum ei contigit.<sup>4</sup> Duplo plus, quam

antea, quaesivit, sed pauperibus nihil com-  
modavit.<sup>5</sup> Avaritia magis magisque cresce-  
bat et tum iam id precabatur, ut octo ma-  
nibus laborare posset.

Hoc quoque optatum ei contigit, sed faber  
avarus quaestum<sup>6</sup> etiam tum parvum esse  
putabat neque quidquam pauperibus dabat.

Aliquando vir quidam ingressus vehemen-  
ter admiratus est, quod faber lignarius octo  
manibus laborabat.

— Nonne utilius et fructuosius<sup>7</sup> esset, si  
mihi te locares<sup>8</sup> atque ego te hominibus pro  
magna pecunia ostentarem? Lucrum inter  
nos partiemur et tu multo plus quaeres, quam  
in hac officina.<sup>9</sup>

<sup>1</sup> asztalos <sup>2</sup> ügyes <sup>3</sup> fősvény <sup>4</sup> teljesül <sup>5</sup> ad  
<sup>6</sup> keresmény <sup>7</sup> jövedelmező <sup>8</sup> elszegődik <sup>9</sup> műhely.

Faber avarus concessit<sup>10</sup> in hanc conditionem,<sup>11</sup> ut in caveam<sup>12</sup> inclusus curiosae<sup>13</sup> multitudini ostentaretur.

Per vicos et oppida assidue ferebatur sine respiratione.<sup>14</sup> Dum ipse homines morabatur,<sup>15</sup> herus dives factus parce victum<sup>16</sup> ei dabat.

Frustra lamentabatur,<sup>17</sup> frustra desiderabat<sup>18</sup> dies felices, cum honestā operā victum optime quaesivisset. Si flebat aut querebatur, ab hero male<sup>19</sup> mulcabatur.<sup>20</sup>

Tum faber lignarius sic lamentatus est:

— O, cur ego fui tam avarus atque auri cupidus? Si mea condicione<sup>21</sup> contentus fuisset, nunquam in hanc fraudem<sup>22</sup> incidissem.

V. Fehér.

<sup>10</sup> beleegyezik <sup>11</sup> föltétel <sup>12</sup> ketrec <sup>13</sup> kíváncsi  
<sup>14</sup> pihenés nélkül <sup>15</sup> mulattat <sup>16</sup> megélhetés <sup>17</sup> kesereg  
<sup>18</sup> visszasír <sup>19</sup> alaposan <sup>20</sup> elpáhol <sup>21</sup> állapot <sup>22</sup> tőr.

## Claudii.

Ad fabulam *Ernesti Eckstein* latine scripsit  
*Valentinus Fehér.*

### Liber primus.

#### I. *Triremis et barcula.*<sup>1</sup>

Anno post Chr. n. nonagesimo quinto pridie Id. Sept. diluculo<sup>2</sup> triremis mare Tyrrhenum sulcabat.<sup>3</sup> Stellae in caelo extinctae, litora Campaniae nebulis<sup>4</sup> obducta<sup>4</sup> erant, mare in densis tenebris iacebat. Remiges<sup>5</sup> in scamnis<sup>6</sup> superpositis<sup>7</sup> remos constanter<sup>8</sup> in aquam immergebant. Chrysostomi gubernatoris<sup>9</sup> aspectus in mari defixus<sup>10</sup> erat.

Tum in constrato<sup>11</sup> apparuit vir capite rotundo<sup>12</sup> brevibusque capillis.

— Heus<sup>13</sup> Chrysostome, mox spero nos Puteolos esse perventuros? — quaerit ex gubernatore.

— Interroga post tres horas — respondet gubernator. — Prius istae insulae circumundae<sup>14</sup> sunt.

— Quid? Istane insulae sunt Capreae?

— Eae esse videntur, Herodiane.

Eo temporis momento<sup>15</sup> adolescens procerus<sup>16</sup> et gracilis<sup>17</sup> apparet; servi eum sequuntur. Nautae clamore sublato dominum

navis salutant. C. Aurelius ad proram<sup>18</sup> proferat.

Interea orbis<sup>19</sup> solis candens post Salernum apparet. Aurelius cancellis<sup>20</sup> nixus sole orienti delectabatur. Prope eum stabat servus eius fidelissimus, Magus, origine Gothus, vir taciturnus, qui defixis oculis<sup>21</sup> mare Baianum intuebatur.

— Quid vides? — interrogat Aurelius lingua Gothica.

— Video barculam quattuor remis agitari.<sup>22</sup> In barcula tres feminae sedent.

Ventus vehementius flare coepit.

— Non est — ait Aurelius —, cur nos quidquam timeamus. At istis in barcula feminis res est metuenda.

Tum ad remiges se convertit.

— Heus Amivari! fortius arripite remos! agite citius! Mage, dic Chrysostomo, ut cursum flectat.<sup>23</sup>

Undae salire<sup>24</sup> coeperunt. Remiges in barcula omnes vires contendunt,<sup>25</sup> ut mobile<sup>26</sup> navigium<sup>27</sup> propius ad litus agant. Tum ex Batavia — hoc erat nomen navi Aurelii — nauta funem<sup>28</sup> in barculam traicit, quem remex ad rostrum<sup>29</sup> barculae deligat.<sup>30</sup> Paulo post feminae in constrato navis sub velo quiescunt. Mox Aurelius eas in locum inferiorem deduxit, propterea quod tempestas crescens commorationem<sup>31</sup> in constrato fecerat incommodam.<sup>32</sup>

— Eques Romanus sum — ait feminis — C. Aurelium Menapium vocant; Traiecti<sup>33</sup> in Batavia<sup>34</sup> habeo domicilium. Romani e septentrionali patria contendo, ut scientiam amplificem.<sup>35</sup> Vos qui estis?

— Octavia sum — respondet matrona — uxor Claudii Muciani, maximi pontificis. Haec virgo est filia nostra, Claudia. Anus<sup>36</sup> ista vocatur Baucis, serva mea fidelis. Tibi debemus, <sup>37</sup> quod vitam non amisimus.

<sup>1</sup> bárka <sup>2</sup> hajnali szürkületkor <sup>3</sup> hasít <sup>4</sup> ködbe borult <sup>5</sup> evezős <sup>6</sup> pad <sup>7</sup> egymás fölé helyezett <sup>8</sup> szabályszerűen <sup>9</sup> kormányos <sup>10</sup> szegeződik <sup>11</sup> fedélzet <sup>12</sup> kerek <sup>13</sup> hé! <sup>14</sup> megkerül <sup>15</sup> ebben a pillanatban <sup>16</sup> nyulánk <sup>17</sup> karcsú <sup>18</sup> a hajó eleje <sup>19</sup> tányér <sup>20</sup> korlát <sup>21</sup> merőn <sup>22</sup> hajt <sup>23</sup> megváltoztat <sup>24</sup> táncol <sup>25</sup> megfeszít <sup>26</sup> ingó <sup>27</sup> jármű <sup>28</sup> kötél <sup>29</sup> orr <sup>30</sup> megköt <sup>31</sup> tartózkodás <sup>32</sup> kellemetlen <sup>33</sup> Utrecht <sup>34</sup> Hollandia <sup>35</sup> bővit, gyarapít <sup>36</sup> idős asszony <sup>37</sup> köszön.

Accipe gratias et da quo prius occasionem, ut hospitium<sup>38</sup> tibi in villa Baiana rependere<sup>39</sup> possimus.

— Libentissime — respondet Aurelius.

Servi mensā stratā<sup>40</sup> ientaculum<sup>41</sup> attulerunt. Aurelius urbane<sup>42</sup> feminas invitavit.

Cum Bais appulissent,<sup>43</sup> Aurelius feminas e constrato lecticā<sup>44</sup> efferri iussit.

(Ad numerum proximum.)

<sup>38</sup> vendégszeretet <sup>39</sup> viszonzoz <sup>40</sup> megerit <sup>41</sup> reggeli  
<sup>42</sup> udvariasan <sup>43</sup> kiköt <sup>44</sup> gyaloghintó.

## EX AUCTORIBUS ROMANIS

### Ex C. Plinii Secundi\*

historiarum mundi libro VII-o, caput XXXI.

*Qui fuerint sapientissimi.*

Platoni sapientiae antistiti<sup>1</sup> Dionysius tyrannus, alias saevitiae superbiaeque natus,<sup>2</sup> vittatam<sup>3</sup> navem misit obviam: ipse quadrigis albis egredientem in litore excepit.

Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit.

Aeschines Atheniensis summus orator, cum accusationem, qua fuerat usus, Rhodiis legisset, legit et defensionem Demosthenis, qua in illud pulsus fuerat exsilium: mirantibusque, «Tum magis fuisse miraturos dixit, si ipsum orantem audivissent» in calamitate testis ingens factus inimici.<sup>4</sup>

Thucydidem imperatorem Athenienses in exsilium egere, rerum conditorem<sup>5</sup> revocare, eloquentiam mirati, cuius virtutem damnaverant.<sup>6</sup>

Magnum et Menandro in comico socco testimonium regum Aegypti et Macedoniae contigit,<sup>7</sup> classe et per legatos petito:<sup>8</sup> maius ex ipso, regiae fortunae praelata litterarum conscientia.<sup>9</sup>

Perhibuere<sup>10</sup> et Romani proceres etiam exteris testimonia. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Posidonii, sapientiae professione<sup>11</sup> clari domum, fores percute de more a lictore vetuit: et fascis litterarum ianuae<sup>12</sup> submitit is, cui se Oriens Occidensque submiterat.

Cato censorius, in illa nobili trium<sup>13</sup> sapientiae procerum ab Athenis legatione, au-

dito Carneade, quamprimum<sup>14</sup> legatos eos censuit dimittendos, quoniam illo viro argumentante, quid veri esset, haud facile discerni posset.<sup>15</sup> Quanta morum commutatio! Ille semper alioquin<sup>16</sup> universos ex Italia pellendos censuit Graecos: at pronepos<sup>17</sup> eius Uticensis Cato, unum ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria legatione deportavit. Eandemque linguam ex duobus Catonibus, in illo abiecissem, in hoc importasse, memorabile est.

(Ad numerum proximum.)

\* Vitam et opera auctoris vide in numero primo.

<sup>1</sup> a bölcsesség mestere, «a bölcsök fejedelmének» <sup>2</sup> aki egyébként természettől fogva kegyetlen és dölyfös volt <sup>3</sup> fellohogózott <sup>4</sup> balsorsában ellensége dicsőségének lett kiváló tanuja <sup>5</sup> mint történetíró <sup>6</sup> akit hadi ténykedéséért elítéltek (mert nem tudta megvédeni Amphipolist a spártai Brasidas ellen 456-ban) <sup>7</sup> nagy elismerés érte a vígjátékíró M-t is <sup>8</sup> kérték magukhoz <sup>9</sup> még nagyobb érdeme, hogy akirályi kegyelnél többre tartotta a szellemi élet élvezését <sup>10</sup> elismerést tanúsítottak <sup>11</sup> a bölcsesség híres tanítómes-terének <sup>12</sup> a tudomány kapuja előtt meghajtotta <sup>13</sup> a három kiváló bölcs követségben jártakor <sup>14</sup> a lehető leggyorsabban <sup>15</sup> nem egy könnyen ismerhető fel az igazság <sup>16</sup> egyébként is <sup>17</sup> dédunokája <sup>18</sup> az egyik elvetette magától.

### Augustus et poeta Graecus.

Poeta quidam Graecus Augusto e Palatio descendenti epigramma honorificum<sup>1</sup> porrigere solebat. Id cum frustra saepe fecisset, ne rursus idem faceret, Augustus sua manu in charta breve exaravit epigramma et Graeculo ad se venienti misit. Ille opusculum laudare coepit, dein, cum accessisset ad sellam, qua Augustus vehebatur, demissa in crumenam<sup>2</sup> manu, protulit paucos denarios, quos principi daret. Dixitque se plus datum fuisse, si plus habuisset. Secuto omnium risu, poetam Augustus vocavit eique grandem pecuniam numerari iussit.

### Magister et discipulus.

Homo quidam a magistro lingua Turcica erudiri voluit. Magister ad mensem primum trecentos nummos, ad secundum et ad sequentes menses centenos postulavit.

Recte — respondit ille — itaque studium non mense primo, sed secundo incipiam!

<sup>1</sup> magasztaló <sup>2</sup> erszény.

Gedeon Mindszenty (1829—1877).

Iam centum anni renovati sunt, ex quo poeta G. Mindszenty Jolsvae, in comitatu Gömör, natus est. Nuperrime Agriae<sup>1</sup> dies festus anniversarius centenarius a Societate de Pázmány nominata celebratus est, sed mox etiam ab Academia de Sancto Stephano vocata celebrabitur.

Cum dies festus Agriae actus esset, tumulus poetae in coemeterio<sup>2</sup> sertis redimitus est.<sup>3</sup>



G. Mindszenty poeta erat saeculo praeterito clarissimus, praesertim in carminibus, quae ad religionem pertinent. Vitam totam poesimque eius animus religiosus agit, qui etiam in carminibus, in quibus de patria cecinit, invenitur. In hoc genere quoque multa carmina pulchra scripsit.

Dignus est, qui a posteris animo gratissimo laudetur.

<sup>1</sup> Agria = Eger <sup>2</sup> temető <sup>3</sup> körülövez.


Calamitates terroresque mortalium sub iugum mittere proprium magni viri est.

\*

Homo indigens misericors est, et melior est pauper, quam vir mendax.

\*

Semper esse felicem et sine morsu animi transire vitam, ignorare est rerum naturae alteram partem.



Conventus magnus regnicolaris Catholicorum<sup>1</sup> sub finem mensis Octobris celebrabatur Budapestini, ad quem ingens multitudo undique ex patria convenerunt, ut fidem firmissimam religionis profiterentur.<sup>2</sup>

Ioannes e comitibus Zichy, praeses conventus, orationem Alberti e comitibus Apponyi recitavit, quem valetudo<sup>3</sup> minus commoda<sup>3</sup> prohibuit, quominus praesidis munere fungeretur. Orsenigo Cesare, nuntius Pontificis Romani,<sup>4</sup> nostrā linguā conventum salutavit. Cuno e comitibus Klebelsberg de Dei providentia<sup>5</sup> disseruit,<sup>6</sup> quae patriam humi<sup>7</sup> prostratam<sup>7</sup> rursus suscitabit.<sup>8</sup> Processioni cum Sacramento sanctissimo turmae fidelium<sup>9</sup> innumerabiles interfuerunt, quae longo ordine sub vexillis procedebant. Cardinalis, princeps primas Regni Hungariae, Iustinianus Serédi, orationem de Christo Rege habuit. «Christo Regi — dixit — omnes confidere debemus, quia per illum consanescemus...<sup>10</sup> Deus nationes sanabiles<sup>11</sup> fecit, etiam nobis Ille medebitur. Domino inest vis et potestas, qua terram renovet et pacem de integro hominibus reconciliet...»<sup>12</sup> Concilia per quadriduum habita cardinalis Iustinianus Serédi conclusit.

Lloyd Warner, clarissimus anthropologus Americanus, cum nuperrime litora septentrionalia Australiae perscrutaretur, in insulis Crocodilorum quandam gentem invenit, quae omnino inculte vivit.

Incolae insularum cibos in cavernis saxorum coquunt. Unico telo: hastā, cuspidē<sup>13</sup> lapideā<sup>13</sup> instructā<sup>13</sup> utuntur. Nulla religione tenentur et ignari nummorum, omnia ad vitam necessaria, permutatione<sup>14</sup> mercium<sup>14</sup> comparant.

Wilkins, notus ille indagator regionum poli meridiani, ineunte mense Octobri ad perscrutandum polum meridianum profectus

<sup>1</sup> országos katolikus nagygyűlés <sup>2</sup> hitvallást tesz <sup>3</sup> gyengélkedés <sup>4</sup> pápa <sup>5</sup> isteni gondviselés <sup>6</sup> értekezik <sup>7</sup> földre taposott <sup>8</sup> felemel <sup>9</sup> hívők <sup>10</sup> meggyógyul <sup>11</sup> meggyógyítható <sup>12</sup> visszaszerez <sup>13</sup> kő hegyvel ellátott <sup>14</sup> cserekereskedelem.



est. Londinio iter ingressus ad insulas, quas dicunt Deception, navigat, unde machina volanti<sup>15</sup> in terram nominatam de Graham vehetur, ut illas quoque regiones conquirat.

\*

Priori numero fuit inserenda **imago** — quam adiungimus — **aedium gymnasii Or-**



**dinis Cisterciensis**, quae superiore mense Septembri Budapestini consecratae sunt.

<sup>15</sup> repülógép.



**Acus.**

- Cur lacrimatur uxor tua?
- Nolui enim ei, ut acum sibi emeret, pecuniam dare.
- Quī potuisti tam minimam pecuniam denegare ei?
- Minimam? Acum vult emere, sed acui gemmata ex adamante<sup>1</sup> cum quadratis<sup>1</sup> aureolis<sup>1</sup> sunt connexa!

**Mercator anxius.**<sup>2</sup>

Lectum mercatoris gravissimo morbo affecti familia lacrimans circumstat. Moribundus ne palpebras<sup>3</sup> quidem iam movet, tamen sciscitatur:

- Hic est uxor?
- Hic.
- Et tu fili, Iuli?
- Ita.
- Et tu filia, Cornelia?
- Ego quoque.
- Si omnes hic otiosi tempus teritis, quis est ergo in taberna?

**Desiderium pium.**

*Iudex* (ex officio commonefacit infelici arbore suspendendum): Novissimum in vita, si quid optas, dic et perficitur.

*Latro*: Rogo aliquid.

*Iudex*: Audiamus!

*Latro*: Suspendatis una mecum et advocatum meum!

**Cena optima.**

*Uxor* (ad maritum de cena indignantem): Quid? Caro assa<sup>4</sup> dentibus rodi non potest? Incredible auditu! Equidem omnia, quae liber<sup>5</sup> de re<sup>5</sup> coquinaria<sup>5</sup> praescribit, in coquendo rite observavi.

*Maritus* (acerbe): Fortasse obvolucrum<sup>6</sup> libri<sup>6</sup> legisti!

*Felicianus Gondán dr*

<sup>1</sup> brilliáns, csiszolt gyémánt    <sup>2</sup> aggodalmaskodó  
<sup>3</sup> szempilla    <sup>4</sup> sült hús    <sup>5</sup> szakácskönyv    <sup>6</sup> a könyv fedelét.

## Solutiones aenigmatum Numeri II.

I. Pugna navalis.

II. Post nubila Phoebus.

III. 1. Lupercal; 2. Animus; 3. Censor; 4. Tanaquil; 5. Arbor; 6. Numitor; 7. Tentamen; 8. Iesus; 9. Umbra; 10. Secundani. — **Nomen Christianae sapientiae scriptoris ex litteris initialibus: Lactantius.**

IV. sermo; Titus; latet; mores; quid? nemo; amnem; ne! **Proverbium:** Ostendit sermo mores animumque latentem.

V. Patet, aditus, tumor, ager, volo, iter, uter, mors. **Locus natalis scriptoris Romani: Pata-vium.**

\*

**Aenigmata numeri I. rite dissolverunt:**

*Budapestinenses:* O. Regius, A. Lukács, A. Hornung, L. Török. — *Sopianenses:* N. Karg, R. Orbán, Th. Matyasovszky-Zsolnay. — *Veszprémienses:* L. Tóth, M. Petrák, L. Szantner, J. Albrecht.

\*

**Aenigmata numeri II. rite dissolverunt:**

*Budapestinenses:* A. Lukács, A. Lichtblau, A. Hornung, J. Viktor, *Classis VI b)* gymnasii-realis, nominati de Stephano Verbőczy. — *Debrecinenses:* L. Kesztyűs. — *Veszprémienses:* J. Albrecht, J. Leiker, M. Petrák, L. Szantner, L. Hardy, Fr. Csehi, Fr. Szabó.

\*

Libellus, qui inscribitur: *Pintér-Sajó, Mai magyar költők*, sorte Norberto Karg, discipulo gymnasii-realis Cisterciensis cl. V. obtigit, cui libellum recto tramite misi.

*Solutiones aenigmatum usque ad Nonas cuiusque mensis mittantur ad moderatorem. Ex sociis, qui aenigmata omnia dissolverint, unus, sortitus, gratis accipiet Gustavi Nachtigal opus, cui titulus: Szahara és Szudán.*

# A E N I G M A T A.

I.

1	2	3	4	5	6	7
8				9		
10						
11				12		
13				14		
15	16				17	18
		19			20	
21				22		
		23				
24	25				26	27
		28		29	30	31
32					33	
			34		35	
36					37	
			38			

*Series directae :*

3. Mater communis omnium.
8. Nomen antiquum insularum Strophadum in mari Ionico.
9. Scriptor rerum Romanarum clarissimus.
10. Domicilium regum.
11. Filii Urani et Geae (in singulari).
12. Miles habet.
13. Edit: alio modo.
15. Nomen arae temporibus antiquissimis.
17. Pars corporis.
19. Ex huiusmodi ligno erat equus Troianus fabricatus. (Abl.)
21. Post certamen inter Horatios et Curiatios Horatio vivo obviam venit.
22. Dea pastorum apud Romanos.
23. Philosophus Atheniensis, amicus Cicero- nis et magister Bruti.
24. Mater Romuli et Remi.
26. Huc homines aestate eunt (retroversum).
29. Animal domesticum.
32. Hic Vergilius natus est.
33. Homo, qui vinum vendit.
34. Poeta, quem delphinus tergo recepit.
36. Via Romae inter montem Caelium et Esqui- linum.
37. Sine hoc non vidimus.
38. Magister equitum, qui Spurium Maelium novis rebus studentem interfecit.

*Series libratae :*

1. Faenerator ab Horatio cantatus.
2. Mons ingens in Africa.
3. Numerales multiplicativum.
4. Huc ascendit Dido, cum Aeneas Carthagine discessit.
5. Aves ad volandum utuntur...

6. Sic dux exercitus victoris Romam in- gressus est, si potestatem triumphandi a senatu non impetravit.

7. Locus natalis Ennii poetae.
13. Magister Vergilii in rhetorica.
14. Nomen civis Romani a veste sumptum.
15. In Capitolio honorabatur.
16. Uxor clara Paeti apud Martialem poetam.
17. Hic ranae habitant.
18. Planta, cuius radix ut cibus sumitur.
19. Ubi sacrificatur.
20. Dea fertilitatis.
25. Poeta clarissimus Romanorum veterum temporum.
27. Praenomen Caesaris Traiani.
28. Frater Romuli.
30. In hoc oppido Cato mortem sibi conscivit.
31. Vestis militaris.
34. Eaedem vocales.
35. Homo, qui primus vino ebrius erat.

*Eugenius Márkus dr.*

II. *Syllabis sequentibus :* a, A, An, as, bri, ca, cu, cles, Cor, da, E, li, lo, lus, lym, me, Me, Mi, Mi, Mo, mu, na, ne, Ne, Ne, Ne, Ne, ni, ni, nus, nus, nus, o, O, pi, pi, ptu, ra, ro, Ro, rus, se, sis, stor, Ta, tes, thri, thym, ti, ti, to, U, U, Um, us, us, ven, Y.

*componenda sunt nomina* hisce circumscripta :

1. rhetor Rhodius (2 syll.)
2. mater regis Alexandri Magni (4 syll.)
3. deus marium (3 syll.)
4. oppidum Africae, ubi Cato mortem sibi conscivit (3 syll.)
5. socius Aeneae (3 syll.)
6. philosophus Graecus (4 syll.)
7. pater Themistoclis (3 syll.)
8. fluvius Britannorum (3. syll.)
9. populus Italiae (2 syll.)
10. rex Ponticus (4 syll.)
11. triumvir (4 syll.)
12. imperator Romanus, qui ob crudelitatem «hosti humani generis» appellatus est (2 syll.)
13. nomen gentile (4 syll.)
14. littera Graeca (1 syll.)
15. conditor urbis (3 syll.)
16. unus e septem montibus Romae (4 syll.)
17. sapientia clarissimus rex Pylius, de quo multa Homerus in Odyssea et in Iliade narrat (2 syll.)
18. Musa (4 syll.)
19. urbs Lesbiaca (3 syll.)

Litterae horum nominum initiales deorsum lectae nomen reddunt inscriptionum, quas imperator primus Romanorum composuit.

Moderator ephemeridis: EUGENIUS FRAY DR.

*Budapest, I., Verpeléti-ül 22,*  
ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

*Administratio ibidem.*

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi- scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiszkolai Tanáregyesület költségen.  
(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR, elnök.)